25 ¶ † Tertia ɔ̄clu. fuit q̄ hodie illḋ idē i pfectitia custodiēdū est q̄ oli3 dicebāt obseruari cū p.d.l.fi C.de bo.q lib.in pfectitia nihil sit innouatū τ q̄ nō mutat̄ q̄re τc. vt l.sancimus.C.de test. siue igit̄ ver̄ sit q̄ pr̄ repudiare nō potuerit,vt dicūt doc. siue potuerit vt ego credo,videndū est nūqd predicta ɔ̄cl. sit vera,vc3 q̄ hodie nō dēat aliud decidi. Et p̄io vr̄ dōm q̄ nō p rōnē mō dictam,q̄ quod non mutatur non prohibet̄ stare,vt.d.l.sancimus.C.ḋ test. ¶ Adde q̄ tota hereditas patri querebat̄,ergo filius nō debebat esse in ɔ̄sideratione,τ sic patre repudiante non poterat.ppea q̄ri filio. ¶ Eē vr̄ q̄ etia3 in pfectitia aliqd sit mutatū.nā probat̄ p ar.in.d.§.simili quoq3 modo,nā queadmodū in castrēsi her.que tota filio q̄rit̄ si fili⁹ eā repudiet patri q̄rit̄ ita eē rōne eq̄litatis seruāde idem in pfectitia decidi deberet, vt l3 repudiet pater q̄ sibi solida quereret̄ tn̄ idē iuris filio tribui debeat,vt ad illum stati3 deuoluat̄. s3 tn̄ ɔ̄trium adhuc magis pl3,alia.n.rō est in patre alia in filio,nam q̄ patri p filiū querat̄ seu occasione filij magis iuri cōsentaneū est ēt quantū ad castrensia q̄ eē p patrē siue occasione pr̄is q̄ratur ipsi filio,vt ēt.i̇.dicā ad aliḋ propositū. ¶ Quarta ɔ̄clu. fuit q̄ in aduentitia exploratissimū est hodie qd iuris sit,puto igitur patre repudiāte minime noceri posse filio atq3 iḋ substitutu3 excludi filio admittēte hereditatē,quā ɔ̄cl.veluti verā in primis,ḋinde veluti cōiter approbata3 proculdubio procedere arbitror.

26 ¶ † Nono sequit̄ vt videamus quid eē,pone.n.filium institutū recusare nū patri preiudicet,ita vt admittat̄ substitutus an potius adhibit pater iuxta terios.d.l.fi.q̄ res primū distinctione diuidēda est,vtrū sc3 loquamur de iure antiquo vel nouo. ¶ Ite3 rursus de iure nouo distinguēde sunt hereditates,aut.n.est profectitia aut aduentitia aut castrensis.si igitur querimus de iure antiquo,quo casu ẜm doc.oīa patri querebant̄ preter castrēsia, τ tunc citra mētionē substituti hoc tm̄ inuenimus filij repudiationē patri nō nocere,vt.d.l.is q heres.§.fi.ff.de acqui.her. At querēdū modo esset si patri filius nō noceat q̄eadmodū ɔ̄sulat̄ ipsi patri volēti adire q̄n p se nō posset sine filio, ergo seq̄t̄ q̄ illi nocebit.dicet aliquis q̄ cogat illū adire iure patrie potestatis s3 pone filium paratum pati potius omnem crucē pone aufugere latitat̄ ne adeat quo pacto nō preiudicabit. Et ppterea putarem etiam iure illo antiquo aliquo remedio saltem extra ordinē succurri oportere ipsi patri l3 hic casus vel decisus non fuerit vt vr̄ innui in.d.l.fi.C.de bo.que lib.vel nos expressam decisionem nō habeamus,nā queadmodū furor pr̄is filio nō nocet qn ēt sine iussu adhibi,vt i.l.hr̄s.ff.ḋ acq.he.multomagis calliditas filij nō dēat patri nocere si qdē multominus d3 alteri⁹ malitia alteri nocere q̄ casus,vt i.l.nō iustā.C.ad tre.facit.l.j.C.ḋ insti.τ subst.iūcta.l.legatū.ḋ ɔ̄d.inser. Itē tolerabili⁹ est vt filio p patrē noceat̄ q̄ eē,faciūt p hoc τ ea q̄ proxime dicā. Cōcludo igit̄ ēt de iure antiquo ante dispositionē.d.l.fi.filio recusante succurri patri,vt vel ipse solus adire possit presertim in profectitia.

27 Restat igit̄ † nūc vt q̄ramus de iure nouo, τ p̄io in pfectitia,nunqd aliqd hodie sit immutatū posita illa opin.cōi p vera q̄ pr̄ oli3 filio recusante solus nō poss3 adire,nā in hoc variat̄,qdā.n.putant illā.l.fi.hodie locū habere τ in profectitia. Alij ẜ vt Bal.q putat isto casu patrē cogere debere filiū adire,nisi vel furiosus fili⁹ sit vel absens,quo casu patri ɔ̄sili oporteret,vt p se possit adire,sed hec opi.nō pl3 nā in p̄mis vr̄ absurdū min⁹ iuris hr̄e patrē in pfectitia q̄ in aduētitia,imo verōt in castrensi,vt.d.§.simili quoq3 mō. Scḋo q̄ si absente filio vel furioso succurrit̄ patri,τ sic pp casus ẜ multomagis pp malitiā si ponerem⁹ filiū obstinate recusare her. Tertio q̄ falsu3 est illud quo mouent̄ doc.ad hāc opi.dicūt.n.iḋ in pfectitia pr̄em posse cogere filiū adire.q̄ illū h3 in ptāte nō sic est in aduētitijs q̄ q̄tū ad illa nulla est ptās,τ iḋ pmittit̄ soli patri adire filio recusante,s3 hoc falsu3,q̄ nō nisi rōe ptātis q̄rit̄ vsuf.patri i aduētitijs atq3 administratiō.ptererea iā filio recusante nō pōt dici vlterius numero aduentitior̄ q̄n insolidū patri acqrenda deserāt̄ ergo pater deberet isto casu posse exercere patriam potestatem pp que puto melius esse ɔ̄fiteri dispositionē.d.l.fi.etiam in profectitia locū habere q̄n vt modo dicebā τ olim dictum remediu3 haberet locum. Igitur ɔ̄ñr rem principalem diffiniendo, puto etiam stante substituto si filius recuset pfectitiam patri nō preiudicari.

28 ¶ † Scḋo de aduētitia,τ de castrensi simul videamus nūqd dispositio.d.l.fi.locū habeat ēt stāte substituto. Bar.qui dē cui maior pars doc.assentit,putat ēt stāte substituto recusante filio admitti patrē. Mouet̄ p̄imo p.l.si paterfa.ff.de her.insti.vbi illa v̄ba si heres nō erit,interpretant̄ si nō erit sibi vl̄ nō fecerit aliū,s3 filius recusando facit aliū ergo τc. Sed hoc ar.l3 ab aliq̄bus defendat̄ vix est dignu3 spāli reprehensione q̄n apte nihil valeat,falsu3 est.n.q̄ dr̄ q̄ filius recusando faciat heredē3 patrē.aliḋ est.n.facere aliū heredē ministerio suo q̄ circa aditionē v̄sat̄,vt intelligit̄.d.l.pr̄fa.aliḋ q̄ recusando prestet occasionē vt alius efficiat̄ heres,hoc.n.casu pater p se heres efficit̄ cuius aditio reḡrit̄ nō p filiū. Alioq̄n seq̄ret̄ q̄ nūq̄ admitteret̄ substitut⁹ repudiatiōe istituti q̄n p eā repudiatiōnē faciat alios hr̄des.puta ɔ̄iūctū aut veniētē ab intestato qḋ tn̄ manifestū mēdaciū est Scḋo p hac opi.adducit̄.l.q̄diu.ff.de acqui.her.nā q̄diu est spes primi grad⁹ cessat substō,s3 hic est spes p̄mi gradus,q̄ recusatiōe filij apit̄ via patri q taq̄ in p̄io gradu succedit,ergo τc.quo solo ar.inq̄t Soci. nr̄ defendi cōe3 hāc opin.τ r̄nderi ad obiectū in ɔ̄tiū,s3 τ hoc ar. nihil facit si negemus esse spem primi grad⁹ recusante filio cū ex diuerso dici pt stati3 apiri viā substituto hoc.n.est qḋ querit̄ nunqd.s.sit spes primi gradus. Tertio adducit̄ quod vt ait Jas.ineuitabiliter facit,nā dr̄ in.d.§.simili quoq3 mō q̄ pater perinde admittit̄ ac si ipse eēt institutus,s3 si ipse esset institutus excluderet substitutū,ergo τc. S3 τ hoc ar.non solū non est ineuitabile,s3 pax stringit.nā si Jaso. vult illā.l.fi.loqui q̄n erat substitutus,τ tūc sine hac ēt inductione.q.esset expedita vc3 q̄ substitutus excludat̄,si vero patit̄, vt patit̄,qḋ ille tex.nō loquat̄ stāte substituto,tūc facile soluā ɔ̄tiū fatēdo.s.q̄ eo casu pinde adhibit pater,ac si staret substitutus, tunc non ita perinde esset τc. imo pater omnino excluderetur. ¶ Quarto adducit̄ q̄ testator credendus est voluisse concordare cū sciebat velle filio recusante ad patrē deuolui hereditate3. Sed ego soleo conuertere arg.dicendo q̄ potius presumit̄ vel le.l.ɔ̄cordare cū voluntate defuncti qui magis presumitur dilexisse substitutū q̄ patrē,vt.i̇.dicā,τ maxime si ponamus castrēse3 her.facit.l.pen. ibi,q̄ semp vestigia.C.ḋ neces.ser. ¶ Quinto adducit̄ q̄ ēt Soci.noster seq̄t̄.

29 † Ait.n.illḋ priuilegiu3 quo fit locus patri recusante filio inductum esse in compensationem eius q̄ ei de suo iure per nouas leges est diminutu3, quibus nō vt olim quicquid querit filius querit patri. Si igitur ponamus filium patre contradicente repudiare non d3 admitti substitutus ne quod in patris fauorem est inductum.vt.s.filius recusare possit redundet contra mentem disponentis potius in eius odium τ in fauorem alterius quod non est dicendum, nam sicut dicimus in posthumo qui rumpendo sibi locu3 facit,excluditq3 omnes gradus tametsi alioquin validos,q̄ scilicet facultas rumpendi in fauorem suum est concessa,vt.l.nam τ si.versi.rumpendo.ff.de iniu.ru. Ita in proposito si dispensatiue conceditur filio vt possit recusare in fauorem patris, vt ei solidum queri possit merito non d3 hec res contrarium operari, vt ipse excludatur, atq3 alius admittatur. ¶ Neq3 ob.inquiunt si quis dicat non valere hoc exemplum de posthumo ob id quod posthumus est eadem persona,τ que extinguit,τ que sibi locu3 facit, at in pposito sunt diuerse cum filius recusando extinguat, pater aute3 sit qui velit sibi locum fieri. nam hec differentia nullo modo tollit efficaciam,ar.vt clare p3,sed hanc Are. inductionem non multum placere sibi videtur innuere Jas. cur aute3 non placeat nō exprimit,apud me v̄o hoc ar.nihil probat,τ in primis q̄ dicūt dispēsatione pcedere in fauorem patris qḋ hodie filius possit repudiare,vt.s.fiat locus patri nō credo verum, nam vt dixi.s.tā olim q̄ hodie filius poterat repudiare in sui preiudiciu3 hoc solū de nouo inductu3 est hodie clara dispositione in patris fauorē qḋ filio repudiāte pater ipse solus adeat. neq3 hoc in ɔ̄pēsatione q̄ dicūt,vt mox ostēdā, nā τ circa castrense3 heredita-

tē illud seruat̄, vt pr̄ filio recusante sibi adire possit, vt. d. §. si ꝗ quoqꝫ mō. ⁊ tñ hoc nō pōt dici factū in ꝯpēsationē qñ in castrē si nihil iuris haberet pater ꝯsiderato pñti statu quēq̃ꝫ dici possit ꝙ lꝫ in castrēsi nō egeret pater aliqua ꝯpēsatione rōe castrēsis tñ egebat rōne aduentitie, vt ratiōe iuris in aduentitia diminuti ēt deberet cōpensari circa castrēseꝫ, sed tñ nō placet ꝙ fuerit illud beneficiū sibi datū in ꝯpensationem. Primo qꝛ hoc nō probat̄. l. Scdo, qꝛ non est verū dicere ꝙ ēt iure. ff. quicqd filius

30 ꝗreret ⁊c. vt. s̄. dixi. † Tertio qꝛ qꝺ hr̄ in. l. illa si fuit introductū tam pro filio q̃ꝫ pro patre, vt clare pꝫ, nā ⁊ filius patre recusante sine patris iussu adire pōt, item multa ibi ꝓ filio introducta sunt vt lꝫ animaduertere in tota. l. ergo nō fuit illud in compensatiōe qñ filius tali cōpensatione non egeret, ergo idē dici pōt ⁊ de patre, igit̄ in summa hoc arg. quouis mō formatū nō vrget, si. n. ita dicis ꝙ fauore cuiusdā introductū est nō dꝫ ꝯuerti in eius odiū, fatebor ꝑꝑ vulg. l. qꝺ fauore si sequeris, sed fauore patris est introductū, vt filius possit recusare, hoc nego, nā vt dixi olim poterat. Si dicas ꝙ saltē illud patris fauore est inductum, vt recusando aperiatur via patri, ⁊ hoc fatebor esse verꝫ qñ non eēt substitutus in medio, tūc. n. fauorabilis ea est dispositio, nā ⁊ fauorē defuncti ꝯtineret q decederet testatꝰ neqꝫ fieret ꝯ̄ eius volūtatē expressaꝫ vt fieret stāte substituto, vt inferius clare ꝓbabit̄.

¶ Sexto ꝯfirmabat Soci. noster hāc opin. in addi. suis, qꝛ qꝺ dr̄ in. d. l. fi. ꝙ filius possit repudiare nō est simplr̄ verꝫ, nā sicut olim non poterat, ita neqꝫ hodie. nec obst. d. l. fi. qꝛ filius iō pōt repudiare. qꝛ nō nocet patri, ⁊ ideo tolerat̄ repudiatio. ergo dispositio iuris antiq potius limitat̄ inquit ille q̃ꝫ tollat̄ vt. s. ita demū repudiare possit filius si pr̄i non noceat vel ob eā cāꝫ pōt qꝛ patri nō nocet. Sed hec vt dixi. s̄. nō ꝯcedo, nā ⁊ oliꝫ filius poterat repudiare nō nocendo patri, vt dixi, ⁊ in hoc ius nouū nihil drīe induxit, illud vero introductū est de nouo ꝙ hodie filio recusante succurrit̄ pr̄i certa illa dispositione. oliꝫ vero quō succurreret̄ nō est certū. credibile est tñ aliquo mō ēt oliꝫ succursuꝫ ee pr̄i ne frustra dictū sit filiū recusare posse, sed recusando pr̄i nō nocere, vt. d. §. fi. Postremo ꝓ hac opi. addit ideꝫ Soci. qꝺ dr̄ in. d. l. fi. nā vīr ibi quo ad repudiationē parificari filius, ⁊ pr̄, ſꝫ repudiāte pr̄e filiꝰ nō excludit̄ ꝑ substitutū, ergo idē eꝯ̄. ſꝫ hoc nō vꝫ. nā illi casus parificāt̄ nullo stāte substituto alioqn diuersa est rō drīe, nā pr̄e recusante nō ꝟificant̄ illa ꝟba directa in filiuꝫ si hr̄s non erit, secus vero est si repudiet filius. transeamus nunc ad ea que in contrariam sententiā magis, nisi fallor, vrgēt.

31 Plura igitur cōi opi. opponunt̄. † Primo in re dubia seruiendū est ꝟbis, vt. l. j. ff. ꝺ exer. cū si. Sꝫ ꝯsideratis ꝟbis substitutus dꝫ admitti, pꝫ qꝛ extitit illa ꝯditio si filius heres nō eēt. nā repudiatiōe sua verū est illū nō fore hr̄dē neqꝫ sibi, neqꝫ pr̄i, ꝙ nō sibi, clarū est, ꝙ nō alij adhuc nō dubito, nā pater ꝑ se fit heres nō ꝑ filiū, vt ibi dr̄ cū dicat̄ perinde pr̄ adire pt̄ ac si ipse esset institutus, ergo nō ex ꝑsona filij vel a filio, sed a seipso ⁊ per se ꝯsequit̄ here. Alioqn vt dixi sequeret̄ ꝙ coheres siue ꝯiunctus excluderet substitutū ⁊ qdē multomagis, nā si qs hñs substitutum ⁊ coheredeꝫ repudiet nō faceret verificari illa verba si heres non erit, qm̄ repudiādo faceret aliū heredē ipso iure ēt inuitū vt. l. j. cū vulg. ff. de acq. here. Dices tu ꝙ eo casu quo est substitutus cessat ius acres. ⁊ iō verificant̄ illa verba si heres non erit, ſꝫ tūc ergo dicā in ꝓposito ꝙ. s. qñ est substitutus cessat illa ptās adeūdi in pr̄e, ⁊ ita facit verificari illā ꝯdi. si heres nō erit, dicet aliꝰ ꝙ nō semꝑ verificata illa ꝯditione si heres nō erit sit locus substituto; vt apparet in posthumo q a ƀo gradu exheredatus rūpendo ꝑmū facit sibi locū, vt. d. l. naꝫ ⁊ si. ff. de iniust. rup. test. ⁊ tñ verificata est illa ꝯdi. in primo herede si heres non erit, sed certe drīa ē inter posthumū ⁊ patrē, nā posthumus rūpit vt sibi faciat locū iō cessat substitutio. At in casu nostro ꝑ repudiationeꝫ filij non fit quominus admittat̄ substitutus ſꝫ quo magis, nā tūc incipiūt verificari illa verba si hr̄s non erit, iō nō extinguit̄ substitutio. nō. n. reperit̄ ꝙ sequēs gradus ꝑ repudiationē primi istituti extinguat̄ vt reperit̄ in posthumo ꝑ id qꝺ sibi rūpēdo locū facit totū testm̄ rūpi atqꝫ ideo cū repudiāte filio sit pr̄ ⁊ sit substitutꝰ ꝓferri substitutus dꝫ, qꝛ. s. filius repudiādo nō ꝑ hoc extinguit gradū aut statiꝫ pr̄i acqrit, neqꝫ magis admitteret̄ vt in. l. posthu. ff. de lib. ⁊ posth. qꝺ tñ apte ē falsuꝫ, ꝯcludit̄ ḡ ex ꝑdictis ꝙ cū in dubio sit res stādū est ꝟbis qbꝰ ꝯsideratis locus erit substituto. si qs aūt dicat rē dubiā nō esse nescio quō id defendi possit cum super hoc tantoruꝫ virorum varie sunt opi.

¶ Secundo pro eadē ꝯclu. facit ꝙ in materia correctoria non solum non est facienda extensio sed facienda est restrictio, ſꝫ hic sumus in materia correctoria, ergo non extendamus. d. l. fi. vbi sit substitutus, ſꝫ ad hoc rñdēt aliq ꝙ cū. d. l. fi. loquat̄ simplr̄ dꝫ intelligi omni casu siue sit datus substitutus siue nō sit. vt. l. ꝺ ꝑtio. ff. de publi. ⁊ certe hoc arg. nihil facit. ideo non insisto.

32 ¶ † Tertio arguit̄ ꝑ. l. ij. C. ad or. nā coheres excludit pr̄eꝫ ergo fortiꝰ substitutū, ad hoc Soci. ⁊ Bulg. vt rñdeat ꝙ ille tex. hꝫ plures intellectus, ⁊ ꝙ verior est ille vcꝫ ꝙ ibi loquat̄ ꝺ filio mortuo añ aditā her. quo casu hereditas ad ascēdentes nō trāsmittit̄, neqꝫ pater ex ꝑsona sua poterit adire, lꝫ. n. filij repudiatio patri non possit ꝑiudicare tñ casus. i. ipsa mors pōt vt. j. dicetur, ⁊ ita intelligunt illū tex. Imo. ⁊ Mod. Soci. tñ nr̄ illꝺ amplius ꝯsiderat ꝙ ille text. loqtur ƀm ius antiquius, atqꝫ ideo in ea. l. ij. nō posset hr̄e locū dispositio. d. l. fi. vt admittat̄ pater excluso coherede, sed stāte priore intellectu q certe est verior. hec sol. Soci. nō solū supuacua est sed etiam falsa, cū ex ea ꝑsupponeret̄ quodāmō ꝙ hodie pater excluderet cohr̄dē filij mortuo filio, quod est falsum qñ bñficium. d. l. fi. non habeat locū si filiꝰ morit̄, ⁊ ideo posuit Soci. noster hāc so. si staret aliꝰ intellectꝰ.

¶ Quarto arguitur per. l. quidam testō. ff. ad tre. vbi ꝑ substitutū excluditur transmissio, vt post Raph. pōderat Ias. q tñ rñdet ꝙ ibi ad matrem deuenit illa hereditas, per translationem nō autem ꝑ substitutionē vt clare apparet in eo. tex. drīa aūt inter translationem ⁊ substitutioneꝫ multa est vt no. Bar. in. l. pater seuerinam. de ꝯdi. ⁊ demon. de drīa ēt translationis ⁊ substitutionis dicit se superius dixisse. Attñ si eius meminisset ꝙ superius dixerat, ac si probe aduertisset ad ea que dicit Bart. in. d. l. pater credo non ita soluisset hoc ꝯ̄riuꝫ. nam illa drīa quam ponit Bar. inter substi. ⁊ translat. non est in. d. l. quidā in testō, qñ drīa illa procedat eo casu quo pene causa esset facta translatio, quod ēt in illis terminis idem Ias. reprehendit.

33 ¶ † Quinto pro hac opi. adducit̄ quo Ultramō. nec immerito mouebant̄. nā ꝓuisio hoīs tollit ꝓuisionē legis, vt. l. cū ex filio. §. j. ff. de vul. ⁊ pup. sed pater vocatur a. l. substitutus a testatore ergo ⁊c. Aliqui soluūt ꝙ isto casu falsuꝫ est dicere vocari substitutū a testatore, vel qꝛ illa verba si heres non erit interpretantur vel aliū non fecerit heredem, vel ꝙ defunctus vr̄ voluisse ꝯcordare cum dispositione. l. sed vtrūqꝫ dcm̄ est falsum vt satis dixi superius. Et ideo hoc arg. satis validū est nā pater ex iudicio ꝺfuncti non venit neqꝫ quidem tacito quicquid alij dicant i. l. cū filio. ff. de leg. j. Moneor ꝑ. l. iij. §. hoc auteꝫ. ff. de leg. prest. ⁊. l. legatū. de adi. leg. ⁊. l. qui libertas. §. hec verba. ff. eo. ⁊. l. filiuꝫ. ff. de bo. lib. ⁊. l. j. §. non solum. vt in pos. leg.

¶ Sexto addi potest quoties quis iure spāli pōt admitti alter iure cōi, in dubio hic ꝑfert̄ q iure cōi nitit̄, ar. l. in cause, de mi. ⁊ ꝙ no. doc. in. l. cēturio, ſꝫ dicet aliqs ꝙ nos potius sumꝰ in casu claro q̃ꝫ in casu dubio ꝙ tñ est falsuꝫ si ꝯsciētiā tuam consulas.

¶ Septimo ꝓ hoc vltra alios ꝯsidero ꝙ pr̄ q ꝑ aliū est heres nō facit verificari in ꝑsona sua illā ꝯdōneꝫ si heres erit. vt. d. §. hec verba. ergo nō dꝫ facere vt falsificet̄ ꝯ̄ria si heres nō erit eodē mō ex ꝑsona sua, nūc ad ꝓpositū in casu. d. l. paterfa. non iō falsificat̄ illa ꝯditio si heres nō erit patre existēte herede per filiū, qꝛ in ꝑsona patris verificet̄, qꝛ verꝫ sit illū fuisse hr̄dē sed verificat̄ in ꝑsona filij, qꝛ lꝫ patrem effectu fecerit heredeꝫ, tñ ipse ꝺr heres fuisse noīe saltē, vt no. in. d. l. cū filio. At in casu. d. l. fi. filius q repudiauit nō fuit heres nec sibi nec patri, ergo, ex ꝑsona sua nō potuit falsificari illa ꝯtitio si hr̄s nō erit, ergo nec falsificat̄ ex ꝑsona patris qui scriptus nō fuit, vt. d. §. hec verba. ⁊ cui nō fuit habitus honor a testatore, vt. d. l. iij. §. hoc aūt. ff. de

34 leg. prestā. † Nō me preterit dicturos forsan aliquos q̊ ad hoc arg. ꝙ nō semꝑ vꝫ illa ꝯña ꝟificata sunt illa ꝟba si hr̄s nō erit, ergo admittit̄ substitutus vt multis casibus euenit. Sed certe cū nisi aliud euidēter appareat, vt dixi seruiēdū sit verbis si qs non ponat rōnē q̄re ēt verificatis verbis nō debeat admitti substitutus dico arg. omnino concludere.

¶ Octauo etiam vltra alios moueor, nā si ƀuo nolente adire ꝑiudicat̄ dño ⁊ substitutus admittit̄, vt in. l. cum proponas. C. de here. insti. ergo multomagis noceat̄ patri nolente filio adire q siue in aduentitia, siue in castrensi loquamur aliquid iuris hꝫ ꝙ in seruo non est. Dicet aliquis quod id quod dr̄ de filio est rōe cōpensationis iuris paterni quod per nouas leges diminutum fuit que rō cessat in seruo, ſꝫ nos hāc rōnē. s̄. reprobauimus. addo modo ꝓ clariore reprobatione, ꝙ cōpensatio dꝫ fieri aliqua de cā, vt nemo pōt negare, tūc q̄ro abs te nū illud ius quod circa acqsitionē diminutū est patri sit diminutū iure vl̄ iniuria hoc vltimū nō potes dicere qm̄ diceres ꝯ̄. d. l. cū opꝫ q̄ mera equitatis rōne nititur. si dicas iure factū, ergo necessaria nō est cōpesatio,

satio, dic igitur & illud & hoc ppria ratione esse sancitum, illud ne pr filio in quesitis ppria cā vel industria possit preiudicare, hoc ne filius prevaricacia sua dn̄ sibi non vult. qrere patri noceat. arg. eius q dr de. l. fusia canina. Preterea illa rō cōpensationis cessat in pfectitia, & tn̄ non cessat dispositio. d. l. fi. vt. §. cōclusum est. q si aliud putes vt inquit Pau. de ca. maximam turffam cōcedes.

Nono p hoc facit q illa vba si heres non erit vt putant doc. faciūt d necessario voluntariū, certe saltem hoc faciūt q ille q iure ciuili velit nolit foret hrs possit tn̄ recusando facere locū substituto, vt nemo dubitat. neq3 hoc ob aliud est q̄ ex volūtate dfuncti, ita in pposito lz filius alias nō possit in fraude pris recusare simplr loquēdo tn̄ ex volūtate testatoris dberet posse cū vt dixi p illa vba si heres non erit cōsequat liberū arbitriū recusandi et i fortioribus terminis vbi. s. qs ipso iure fitur⁹ ē hrs, sz dici ad h pōt q differētia ē iter casum & casum, nā qn̄ qs hrditatem patris recusat nulli pindicat. non sibi, cū ita velit arg. §. pterea. insti. de acti. non testatori q sibi in illū casum cōsulto puidit. non alij, vt clarum est, at in casu nostro secus est qn̄ in perniciem patris recusaret, sed hac ego solutione non sum contētus qn̄ scz vti dixi miles non est credendus testator cogitasse de patre, & presertim si castrensem here. ponamus.

35 **Decimo** † p hoc adduco, nā ius substitutiōis potēti⁹ ē iure patrie ptātis, ergo &c. q sit potēti⁹ pbo. nā p mortē filij vt oēs putāt excludit pr & substitutus admittitur ergo &c. si. n. ex iudicio testatoris veniret pr vt dictum ita veniet filio mortuo sicuti filio recusante, imo magis filio mortuo, vt minus luctuosa esset filij mors lucro admixto. ar. l. fi. C. d inst. subsi. facit. l. si isanti. C. d iur. delibe. lz ille tex. loquat in infante de quo. j. dicā. mirū et vr mibi q magis debeat admitti pr recusante filio q̄ qn̄ patit labi tps p negligentiā. de quo et. j. dicā p q̄ p cul illa dubitatiōe audeo in pposito ꝯ cōem ꝯcludere ne auctoritati tribuēdo vitati pindiciū faciā, q fecit i pposito alle. q hāc opi. in puncto iuris putat esse veriorē, tn̄ suadet non esse recedēdū a cōi q̄ rē alias & sepissime sum detestat⁹ si. n. pnitiosum non esset magis risu dignū esset q̄ illa detestatiōe, sz tn̄ ita est. Non aūt omittā q stante vera cōi opi. l. j miraz illā doc. cōiter pcedere cū nō esset psona substituta q̄ vosiliter debuit ex volūtate testātis excludere patrē. ar. bone. l. qdā in testa. ff. ad tre. pretor estimabit ex psona matris &c. faciūt & alie leges quas adducūt doc. lz ꝯ hanc litationē insurgit Ja. naz si inquit, pr admittitur tāq̄ si istitutus eēt & hac rōne excludit substitutū, vt. s. dcm̄ ē, ergo siue sit ꝯiuncta psona siue nō sit q̄ substituta est sp dz excludi cū. n. pr habeat p instituto in. j. gradu institut⁹ excludit quēlibz substitutū q̄tūuis ꝯiunctū. ergo &c. Verū hac ꝯsideratiōe non obstāte, puto et posita va cōi. opi. verā et oino eē eiusmodi limitationē & arg. quo mouet Jas. ita rūdet, vcz q id q dr q recusāte filio pinde hr pater ac si ipse esset institutus est verum qn̄ non esset talis persona substituta que patrē deberet ex psūptiōe excludere hoc est proprie limitare quā ꝯnalis conclusio restringit & sic queadmodū in casu excepto non pcedit cōis ꝯclusio ita nec ratio eius, vt in simili diceremus, naz si pater substituat filio vulgariter certe pupillaris ꝯtinet qz. s. psumēdus ē testator si cogitasset d pupillari q & illā fecisset, vt tradit bar. i. d. l. iā h iure q̄ res fauor pupilli ꝯtigit vt dicā suo loco, si qs igit isto casu pinde admitti substitutū ex pupillari, ac si expssim eēt vocatus et pupillariter credo ñ male diceret, & tn̄ certū ē q stāte mre i medio pupillaris nō hz locū, qz. s. leges tūc nō psumunt ꝯ mrem substitutionem esse omissam per obliuionē, sed cām matris, & ꝯsequēter isto casu limitat & dictū & ratio, & illud qd sequebat. s. q perinde esset ac si pupillarē expssisset, & ita est in proposito, possem & alia infinita exempla proponere que tediū est referre. igitur circa ppositū cū testator extraneū substituit filio recusante facilius credi pōt legis presumptione voluisse testator preferri patrem concordareq3 cum legis dispositione, & tūc pinde hr pater ac si esset institutus, & tūc et locū hz dispositio. d. l. fi. cū vero psona testatori ꝯiuncta substituta est, & tunc nec psumendus est testator voluisse patrē preferri, nec ꝯnr habebit locum. d. l. fi. nec erit perinde ac si ipse esset institutus. Propter que dicendum est supersti tiosam nimis fuisse Jas. considerationem alias nihil vnq̄ limitaret, cū ois limitatio sit ꝯ tenorē ipsoꝝ verborum siue generalitatē sed minus forsan sup friuolis. ¶ † Decimo considerandum est

36 qd si qs filiū quē instituit putabat sui iuris cū ve esset in ptāte. nūqd tūc filio repudiāte pr admittat, an vo substitutus qd magis plz, hāc. n. conclusionē & Ang. probat in. d. l. cum ppnas.

Undecimo illud discutiat qd si filius nō expssim repudiat, sz patit labi tps qd sibi statutum est vel a iudice vel a lege, non pater admittetur stante substituto, & hanc qōnem propono stante vera cōi opin. in priore spē qn̄ expressim repudiat q substitutus excludat. et quidē in qōne pposita cōiter illud concluditur q aut filius mera negligētia excluditur lapso termino, & tunc et patri nocet, aut malitiose patitur labi tempus, vt noceat patri, & tūc ea repudiatio pro expssa hr. ar. l. recusare. ff. de acqui. here. sed qm̄ hec mibi nō difariam considerata videnť. Jdcirco in dubiū illud renoco nū. s. negligētia filij iure nouissimo patri noceat, pro cuius declaratione in pmis sciendū est q duplex est terminus qui dat ad amplectandā hrditatē, alius vt dixi a iure ꝯstituit, alius pfinitus est a. l. Nonne igit terminū a iudice datū nūquid eo lapso negligētia filij pr admitti possit, sed de hoc hodie non est dubiū nō. s. rōne q̄ doct. mouent sed noua cōsideratione, cū. n. si vera sunt q̄ dicūt i ea hrditate in qua pr aliqd iuris hz nō pōt statui filio terminus qn h fiat de ꝯsensu pris certe fieri non poterit qn et terminus pri statutus sit vt vel cū filio adeat vel eo recusante p seipsum. Qua de re nō magis isto casu dici poterit filij negligētiā nocere q̄ suam ppriā h est ipsius pris si intra illud tps pfinitū nō adeat. ¶ Sz videndū modo esset nūqd filio statui terminus sine ꝯsensu pris possit. et quidē in castrēsi puto posse pculdubio, in hrditate vero aduentitia quid placeat non dico modo, sed interim cōi opin. assentio. Pone igit circa scdm̄ casum de termino statuto a lege preterijsse negligentia filij, & quoniā duplex est terminus. s. alter iuris ciuilis alter iuris p̄toij, ille ad adeūdū h vero ad agnoscendam bo. pos.

37 † Juxta primū dubitatio esse pōt quid si elapsum est tempus. xxx. annorum q aditioni hereditatis prefinit, vt in l. lz. & que ibi no. C. de iu. delibe. an pater excludatur, qd prima facie nō vr, vt. s. per illā prescriptionem excludat, qd ita probet illud prescriptione tolli dz, q est argu. l. nā & si. ff. de inin. rup. te. & l. decem. de ver. ob. sed certum est q pater illud ius adeundi cui prescribitur non hz anteq̄ recuset filius ergo ante hunc euētum prescribi non pōt. Jgitur qd esse dz ad hoc vt euitemus tale argumentum nunquid tollat aliquid iuris patri per tale silentium diuinū, sed nunquid postq̄ iam filius exclusus est eiusmodi prescriptione ꝯnr non dico tollatur sed impediatur concedi patri tale ius adeūdi, vel illud beneficiū. d. l. fi. in qua re difficultas prima facie ex eo nascit nunquid queadmodū expssa recusatio filij patri non nocet, ita et non obsit tacita, & vt expssa renunciatio est cā illius beneficij, ita et sit tacita que causat p illud diutinū silentiū. sed primo aspectu dicendū vr q si expssa repudiatio non nocet q̄ maioris efficacie esse dz, multominus nocere dz que tacita est. sed ꝯ q tacita noceat magis q̄ expressa renuntiatio cōiter probat. & hic Socy. noster quasi ad verbū refert ois que ponit Alex. in. l. j. ff. qui admit. Primo quidē, qz & als plus nocet tacita repudiatio q̄ expressa, vt in. l. si aduersus. C. de vsu. iuncta. l. imperatores. C. de pac. hoc aūt mirum mibi semper est visum nisi hac ratione hoc dictum tueamur, cum. n. aliquis tacite per cursum tpis remittit ius q hz ideo nocet, qz nō iam dr remittere q̄ aduersarius acquirere, amittit igit ille vel remittit in quandam ꝯtiam, qz. s. aduersarius acquirit permittente. s. lege ex ipsa prescriptione, igit cum quis non habens ius remittendi expresse remittit, nihil agit, qz ius remissionē inhibet, cum vero tacite labi tps finit pōt preiudicare, qz hoc nō fit remissione sua sed ex acquisitione aduersarij. Jgit in summa hec est dria q in expressa remissione ideo aduersarius aqquireret qz hic remitteret in tacita totū per ꝯtrium, & ideo hic dr remittere, qz aduersarius acquirit que res, vt et exēplo demonstret, non est dubiū rē minoris alienari non posse expressa. s. alienatione, vt in toto ti. d pre. mi C. & ff. de re. eo. & tn̄ vsucapione seu prescriptione q̄ tacita est alienatio aliqn̄ alienare poterit, vt. l. i. C. si aduersus vsuc. q aūt alienatio sit pati rem suam vsucapi tex. est in. l. alienatio nis. ff. de ver. sig. qd non alia ratione ꝯtingit, nisi qz tunc minor rē non amittit, qz ipse alienet, sed ideo ipse alienat siue amittit, qz alius querit que ꝯsideratio mibi quidē satis subtilis & colorata vr lz aliquis, q̄tum ego legerim, illā non ponat, nā si qua est ratio drie in hac varietate, aut est hec q̄ dixi, audeo dicere, aut nulla est his igit sic pro euidencia presuppositis hec ꝯsideratio in terminis nostris non pcedit, nā p lapsum tpis cum admittit ius nō adeūdi, idcirco amittit, qz alius prescribit, aut acqrat aliqd ius, vt per bal. clare ostendit in. d. l. lz. C. de iure delib. & pz h qz alias sequeret quis ius q hz prescriberet ꝯ seipsum q videri cuiq3 potest absurdis. que res ex sententia coꝝ apparet qui probant filium exclusum lapsu temporis vt filiū nō ppea exclusum esse vt agnatum proximum, vt et communiter pbant, in. d. l. lz ergo hoc q dr de tacita renunciatione q̄ magis noceat q̄ expssa si

vera est ratio quaꝫ. s. considerani non procedit quouis modo in
proposita .q. Non preteribo tñ ꝙ in terminis .d.l. aduersus.
.C. de vsu. sumus in remissione q̄ fit per defensores ciuitatis qui
forte poterãt p̄iudicare magis q̃ꝫ curator reipu. cui administra⸗
tio ꝯcessa est, sed non ad minuendũ ius reipub. vt dicimus ẽt in
38 ꝓcuratore cesaris. † Scd̃o addit̃ ꝓ hac eadẽ opi. ar. ꝙ sumitur
ex .l. correcta. sumi .n. ex .l. ẽt correcta põt arg. vt est gl. in .l. j. ff.
de ꝯiun. cũ emã. lib. eius. nã in .d. §. neqꝫ filius. probat̃ ꝙ filius
repudiãdo patri nõ nocet ꝙ intelligit̃ exp̄ssa repudiatione, ta⸗
cita .n. nocebat, vt in .l. fi. ff. qs or. in bo. pos. ser. ⁊ ideo vt oliꝫ in
ter expressam ⁊ tacitam repudiationẽ erat dr̃ia ita ⁊ hodie esse
dꝫ cũ q̃ꝫtum ad hoc nihil sit innouatũ ꝙ ar. ꝓ q̃ maxime mouen
tur doc. satis restringere vr̃. sed dicere aliquis põt ꝙ ꝑ .d. l. fin.
queadmodũ inductũ est ꝯ regulas iuris in fauorẽ patris vt filio
repudiante ipse possit adire, ita idẽ ẽt credat̃ inductũ esse qñ ne
gligentia filij laberent̃ tp̄a. Nã si queramus quare oliꝫ tacita re
pudiatio noceret p̄ri ex intentione doc. nõ alia fuit, vt arbitror
nisi q̃ q̃ꝫtũ ad filiũ lapsus termini nocebat ergo ꝯñr q̃ꝫtũ ad pa
trẽ q sine filio nõ poterat adire, hodie vero hec rõ cũ sit corre⸗
cta nõ dꝫ esse in ꝯsideratione, nã ex .l. antiqua correcta in eo qd̃
corrigit̃ nõ dꝫ sumi argm̃, videmus .n. ꝙ hodie nõ vꝫ ista ꝯñtia
nõ põt filius adire, ergo nec p̄r nã hoc correctũ est, ⁊ ideo ẽ cor
recta rõ qua .l. antiqua mouebat̃ ad excludẽdũ patrẽ ꝑ lapsum
termini. Igit̃ correcta rõne legis ẽt lex ipsa intelligit̃ esse corre⸗
cta, lꝫ de hoc doc. alijs locis nimis multa. vide Are. in .l. mori⸗
bus. in .vij. col. ff. eo. ti. ⁊ vide alios quos ipse citat. Tertio ad⸗
dit̃ pro hac opi. ꝙ in .d. l. fi. nõ sine cã de exp̄ssa tm̃ repudiatiõe
fit mẽtio quasi secus in tacita. Qd̃ .n. nõ mutat̃ ⁊c. vt .l. precipi⸗
mus. C. de ap. ⁊ precipue in bñficijs seu p̄uilegijs ꝯ ius inductis
vt in .l. ius singulare. ff. de le. facit bona gl. in .l. bñ a zenone. in ꝟ
bo, cũ. N. C. de quadr. prescri. hoc tñ nõ obstãte si quis in ꝯtrariã
sniam inclinet credo poterit r̃ndere ꝙ in correctorijs ẽt in pari
tate rõnis fit extensio, de quo ego in adnotationibus meis satis
scripsi, negari ẽt põt ꝙ in .l. fi. simus in priuilegijs cũ illd̃ fiat rõ
ne patrie ꝑtãtis. nõ aũt ex aliquo p̄uilegio. ⁊ sic nõ põt dici ius
singulare. sed iã qd magis placeat videndũ est. Et certe elapso
termino .xxx. ann. si illo tp̄e tollitur vt dicunt ius adeundi puta
rem patri ẽt preiudicari, vt nõ tm̃ ex negligentia filij hoc proce
dat q̃ꝫtũ ne diu in incerto sint dñia rex vt insti. de vsuc. in princ.
qua sola rõne potis. moueor ꝓ cõi opi. isto casu elapso vero ter
mino iuris p̄torij non erat dubiũ de iure antiquo qn patri noce⸗
ret̃, vt .d. l. fi. ff. qs or. in bo. pos. ⁊ h̄ arbitror ob illud erat, q̃ non
39 ꝯcedebat̃ p̄ri adire ꝑ seipsũ. † At hodie qm̃ h̄ nõ reputet̃ absur
dũ putarẽ ita debere distigui, aut .n. pater pari modo fuit negli
gẽs, ⁊ tũc auxilio nõ sit dignus, vt .l. pupillus. ff. q̄ in fra. cre. aut
solus filius neglexit, ⁊ tũc aut potuit p̄reꝫ certiorare aut nõ si nõ
potuit, ⁊ tũc oliꝫ tp̄a non currebãt, vt .d. l. ff. qs or. q̃ꝫ q̃ꝫ h̄ videat̃
ꝯ .d. l. j. C. q admi. q̄ indisticte vr̃ loq ẽt si patrẽ certiorare nõ pos
sit. si vero q̄ramus hodie, an saltẽ sibi currat tp̄s ⁊ si patrem nõ
possit certiorare ex eo pendet an filius patre ignorante cũ effe⸗
ctũ q̄rat interiꝫ bo. pos. ꝙ magis puto ẽt tp̄e .d. l. j. lꝫ Ang. ꝯ pu
tauerit nõ solũ tp̄e .d. l. j. sꝫ ẽt iure nouo, sꝫ magis cõiter ꝯ ang.
probant doc. si tñ p̄r postmõ scierit sibi poterit q̄rere, iuxta ter⸗
minos .d. l. fi. d̃ bo. q̄ li. si aũt potuit p̄reꝫ certiorare, ⁊ tũc aut nõ
fecit per negligentiã aut per malitiã. Primo casu putãt p̄ri p̄⸗
iudicari, vt .d. l. fi. Scd̃o casu non putant. nã hoc permissum est
vt filij negligentia non malitia patri preiudicet. sed vtrũqꝫ dcm̃
apud me dubiũ, hoc vero certissimũ arbitror ꝙ siue malitia siue
negligentia labat̃ terminus pari modo patri preiudicet̃. Prio
q̃ .d. l. si aduersus C. de vsu. ⁊ .d. l. fi. ff. quis or. loquunt̃ indistin⸗
cte siue labat̃ tp̄s malitia siue negligentia. Scd̃o q̃ cũ ẽt mali⸗
tia filius patitur labi tempus non est malitia principaliter in cã
vt patri preiudicet̃ sed lapsus termini, ꝓcesserit aũt ex malitia
necne nõ curat pretor, neqꝫ .n. malitia faciebat olim quominus
dies cederent in .d. l. fi. si cedebãt ergo patri preiudicabat̃. Igi⸗
tur per supradicta vr̃ mihi nullo modo fieri distinctionem debe
re inter malitiam ⁊ negligentiã in proposito nostro, vr̃ tñ dicen⸗
dum hodie per dispositionem .d. l. fi. C. de bo. que li. quod quem
admoduꝫ filius expressa renuntiatione locum facit patri suo ita
ẽt facere debeat per tacitam lapsu temporis contingentem siue
illa malitia siue negligentia procedat cum vix dari possit efficax
rõ dr̃ie. Sed hoc ita si substitutus non intersit alioquin putareꝫ
ex voluntate testatoris, vt .s. dixi omnino patrem excludi siue ex
pressa siue tacita repudiatione filius exclusus fuerit. Aduertẽ
dum est tñ vltimo loco ex intentione doc. stante cõi opi. qd̃ p̄ri
per filiũ negligentẽ preiudicetur probare quosdã succurri patri
saltẽ posse ꝑ i itegrũ restõnẽ qui .s. vel absens reipu. cã vel aliud
iustũ impedimentũ causans nõ potuit iubere filio vt adiret, ar.
l. cũ quidam. ff. de acqui. her. sed hoc minime mihi necessariũ vr̃
stãte .s. illa .l. fi. de bo. que li. ꝑ q̃ꝫ ꝯ iuris normã patri succursum
est in expressa repudiatione filij, credibile igit̃ est eius sniam ad
hmõi quoqꝫ casus extendi ne .s. curramus statim ad extraordina
rium auxiliũ vbi subesse possit ordinariuꝫ ꝯ vulg. l. in cã ff. de mi.
⁊ hoc est ꝙ mouemur ꝙ per tex. in .l. non p̄ñt. cuꝫ .l. seq. ff. de leg.
⁊ hec satis circa negligentiam filij.
40 ¶ † Duodecimo vidẽdũ supest qdẽ ꝯ. pone .n. patris negligen
tia lapsuꝫ terminũ legitimũ nunqd filio noceat̃, sed hoc non solũ
stultũ est dicere, sed ꝓpe dixeriꝫ, ẽt q̄rere, cuꝫ .n. scia filii deside⸗
ret̃ atqꝫ attẽdat̃, non aũt p̄ris in q̄renda her. seu bo. pos. vt .l. cũ
qdã. §. pe. ff. d̃ acq. he. insanũ esset fateri ꝑ patrẽ noceri filio pos
se, dicet aliqs atq si ponamus filiũ infantẽ vel furiosuꝫ, certe pa
tris scia ꝯsiderãda est a qua dies cedere incipiũt, vt .l. seruus. §.
fi. ff. de bo. po. sed tñ falsuꝫ est ob h̄ ipsum noceri filio posse, non.
n. a scia p̄ris cedit dies vt possit eo p̄terito non petẽdo amittere
sed vt possit q̄rere, vt in .l. j. ff. de bo. pos. inf. fu. pe. ⁊ sane ibi ita
gl. distinguit q̄ certe proculdubio ex intentione oĩum vera sunt.
¶ Decimotertio ꝯñr vt vel oĩa vel certe plurima quo ad hanc
mãm ꝑtinet intelligant̃ non mittẽdũ est ꝙ magis dubiũ eẽ põt
nun .s. si negligat interim p̄r sibi noceat quo casu filiũ certiorem
potuit reddere, ⁊ qdẽ si negligat simul ⁊ ipse filius non erit du⸗
biũ, sed in ea .q. vertit̃ non p̄ri ꝓpria negligẽtia noceat, nã si pa⸗
tris negligẽtia inspiciẽda est expedita erit .q. si vero filii, ⁊ tunc
distinguẽdũ est, aut .n. ꝯsulto neglexit aut sola desidia vel igno⸗
rãtia lapsus, vt .s. est dcm̃. Quid igit̃ dd̃m. Certe hanc .q. ponit
Alex. in .d. l. j. C. q admi. Quidã .n. putabãt vt Fulg. ⁊ Lud. ro.
suã p̄ri sciaꝫ preiudicare. adducebãt no. ꝑ glo. in .l. seruus. §. fi. ff.
de bo. pos. q̃ꝫ pro hoc dicũt esse singularẽ. Addit aũt Alex. ad
huius ꝯclõnis ꝯfirmationẽ ar. nã si scia filij patri nocet multo⸗
magis nocere dꝫ ⁊ ꝓpria. adde tu ꝓ hoc ar. l. iniquissimuꝫ. ff. de
in. ⁊ fac. ig. Quã ẽt ꝯclu. vt ait ideꝫ alex. vr̃ ꝓbare bart. in .d. l.
seruus. §. fi. ẽt an dispositioneꝫ .d. l. fi. C. de bo. q̄ li. Contrariã tñ
opi. probari cõiter ideꝫ Alex. asserit. nã post dispositioneꝫ .d. l.
fi. non deferebat̃ hẽditas p̄ri nisi post repudiationẽ factã a filio
⁊ q non põt adire nec repudiare, vt .d. l. is põt. sed hec q̃ꝫtuꝫ ad
ipsam ꝓprietateꝫ vera sunt, quo ad vsumfructũ vero putãt p̄ris
renuntiatione expressa sibi preiudicari ẽt an filij renuntiationẽ.
Atm̃ Pau. de ca. indistincte probat patris sciam sibijpsi mini
me nocere quin filius possit ⁊ ad cõmodũ patris petere bo. pos.
nã ⁊ filij interest ꝑ spẽ successionis q̃ꝫ ex bonis paternis specta⸗
re põt. Quare tandẽ ꝯcludit Alex. non solũ filiũ post sciaꝫ ⁊ ne
gligentiã p̄ris ad p̄ris cõmodũ agnoscere posse bon. pos. vex ẽt
41 ipꝫ p̄reꝫ posse si forsan filiꝰ omitteret. ¶ † Neqꝫ ob. tex. in .d. l.
seruꝰ. §. fi. q̃ ꝙ p̄ris scia ibi ꝯsideret̃ est tm̃ ad ꝯmodũ q̄rẽdi nõ
ãt vt amittat̃ si agnita nõ fuerit, vel dicas inqt ille ꝙ vex ẽ p̄ris
sciaꝫ p̄iudicare ẽt quo ad incõmodũ suũ qñ ꝯiuncta est cuꝫ sciẽ⸗
tia filij, ⁊ ita põt intelligi .d. l. seruus. §. fi. sed hic intellectus ni⸗
mis absonus est q̃ꝫtũ ad illum. §. non .n. tunc cedere inciperent
dies a scientia patris sed a scientia filij, neqꝫ ei patris scientia
esset in cã vt cederẽt, sed tm̃ ipsius filij id̃ quo ad illud melior est
superior solutio. Nõ ob. inquit ⁊ illud ꝙ si patri nocet scientia
filij multomagis propria nocere deberet, nã diuersa multa est
rõ inter patris ⁊ filij scientiam hoc casu, naꝫ patris scientia quo
ad hoc nõ est ꝯsiderabilis, sed tm̃ scia filij. Uidimus etenim fi
lij sciam patri nocere nõ ita sciam patris ipsi filio ꝑꝑ ꝙ non pa
ri lance procedũt patris scientia ⁊ scia filij. Hec ergo sunt q̄ vl⸗
tro citroqꝫ in proposita .q. distringunt̃ per doc. si quis aũt a me
querat modo quid sentiam. R̃nderem equissimuꝫ mihi sciaꝫ pa
tris patri hoc casu preiudicare, ita vt vel filio postmodo agno⸗
scendo bo. pos. sibi minime q̄rat̃ vel eo ẽt repudiante nihiloma
gis ipse admittatur ex beneficio .d. l. fin. Moueor ad hoc per
ea que dicta sunt .s. ex intẽtione nr̃a .s. ꝙ expressa renuntiatione
semꝑ potuerit pater recusare he. vel bo. pos lꝫ non ad fraudẽ fi
lij, vt in .d. §. fi. in .l. is q heres. ⁊ .l. ij. C. de repu. here. Moueor
⁊ scd̃o qm̃ negari nõ põt qn pater sit negligens si cũ potuit filiũ
certiorare aut ꝯpellere ad adeũdã vel omittẽdã he. nõ fecit er
go indignus est, vt ei succuratur, ar. d. l. pupillus. ff. que in frau.
cre. Addo ⁊ tertio in ar. tex. in .l. imo. in fi. ff. de lib. cau. vbi p̄ri
nocet nõ solũ scia filij ementis, sed ẽt ꝓpria si modo filiũ potuit
certiorare. nec ob. ꝙ nõ a pari procedãt scia patris ⁊ scia filij,
cum filij scia patri noceat non eꝯ, nam q̃ꝫtuꝫ ad hoc fateor nõ ꝓ
cedere a pari, sed ista ꝯsequentia non vꝫ patris scientia non no⸗
cet filio ergo nec sibi cuꝫ illd̃ esset iniquũ, hoc aũt minime, vt .d.
l. iniquissimum.

l.iniquissimum.ff.de iur.& facti igno. Hec igitur in presenti.q. breuiter plibasse sufficiat missis multis que aduersus pleraqz di cta docto.poteram contexere,sed vt reliqua transeamus.

42 Decimo quarto† querẽdũ est, qd si pr̃ sit furiosus an filius adire possit vt substitutũ excludat, & lz hãc.q.debuerim inferius suo loco subnectere non tñ & hoc oino in cõmode tractabit̃,sz prio vidẽdũ nunqd patre furẽte filius adire possit.nã bo.po.petere cũ effectu nõ vr̃ vt possit.l.fi.ff.quis or. in bo.pos.fuer̃,& tñ certũ ẽ qꝫ adire põt pinde ac si eẽt pñsa.vt. l.cũ heres.ff.ꝺ acq.here.certe hi tex.inicẽ pugnantes videntur qñ alter pmittat filiũ adire ac sibi q̃rere,alter vero neget peti cũ effectu posse bo.pos.nisi dixeris forsan qꝫ in.d.§.fi. ꝯsideratur qꝺ mero iuris rigore erat in.d.l.cũ heres.qꝫ ex beniuolentia cõ cessũz ẽ a diuo pio ꝺ iure spãli,nã aliogn nõ video quo pacto hec ꝯrietas solui possit q̃zq̃z de ea qꝫ qdẽ ego legerez,nullũ verbum doc.faciãt.Igit̃ ad ppositũ redeundo cũ filius ex bñficio.d.l. cũ heres admittit̃.puto substitutũ excludi debere, lz filius de iu re spãli possit admitti,nõ aũt cõi.Quo reqrit̃ iussus pr̃is,& ppte rea nõ puto vsqz quaqz verũ qꝫ ait bar.i.d.l.j.ff.eo.circa primũ effectũ,& idẽ in.l.iij.ff.de acqui.her.qui vult.qꝫ cũ institutus ad mitti possit de iure speciali non propterea excludit̃ substitutus.

¶ Decimoquinto ponamus pꝯrium filiuz ipsiuz furiosuz, non patri succurrẽdũ sit.& certe succurri debere equũ vr̃,vt.s̃.pbaui p̃sertim post dispositionẽ.d.l.fi.At nũquid hoc casu substitutus excludat̃, & certe missis oibus, que hincinde dici argui ve pos sunt,putarẽ substitutũ non excludi p pr̃ez,nam potius est vt per filiũ patri noceat̃ q̃z eꝯ cũ filius est institutus, qñ.s. cõsiderata mẽte testatoris pr̃ non sit in ꝯsideratiõe nisi forsan hr̃ditatẽ pro fectitiã poneremus,sed iuxta p̃dicta q̃ri posset nunquid saltẽ pr̃ noie filij furiosi,& p eo possit adire aut ei9 noie bo.pos.petere de quo non ẽ dubitãdũ vt ẽt ꝯcludit bar.in.l.si infãti.C.ꝺ iur.deli.

¶ Decimosexto queri potest quid si absens sit filius nũ pr̃ ho die possit adire qꝫ vr̃ saltem in profectitia, vt dicebat Bal.in. d.l.fi.& ego supius probaui. At in aduẽtitia queri põt.vel ẽt in castrensi in quibus etiam vr̃ vt filio absente pater saltem hodie possit admitti p .d.l.fi.C.de bo.que lib.facit.l.cum quidã,& ibi gl.in verbo.aberat.in fi.ff.de acqui.here.facit ẽt pro hoc.l.pan tonius.eo.tit. Sed hoc verũ ita ne filio preindicetur.sed siue fi lius postea velit ipse etiam postmodo simul admittatur ad pro prietatẽ vt est lex aduentitiorũz, siue nolit pater solus teneatur respondere creditoribus atqz hereditarijs oneribus ad sui incõ modũ.Sed hec ẽt vera sunt vbi substitutus non esset,stante aũt substituto putarem ꝯrium dici debere.vt.s.potior semper debe ret esse ipso patre per ea multa que superius dicta sunt.

43 ¶ Decimoseptimo† quid ex diuerso si pr̃ sit absens nũ interim adibit filius,&puto interiz adire posse.ar.d.l.fi.qm̃ eo facto ne mo ledit̃.ar.l.cõditionib9.in fi.ff.de cõdi.& dem.quo postmõ re uerso si eo placeat herditas poterit ratihabitiõe cõfirmari, sin aũt penes filiũ remanebit,& hec pp dispõnem.d.l.fi.quam ve rosimile est non obstante qꝫ sit correctoria vigere etiam isto casu pp eandem equitatẽ.verũtñ est qꝫ si pr̃e absente veluti p legatio nis munus moriat̃ filius anteq̃z iussu adiret ei.extraordinario re medio succurrebat̃,vt.d.l.cum qdã.quo casu querit̃ non inele ganter nunqnid hoc casu excludat̃ substitutus,qꝫ vr̃ vt,d.l.cũ q dã.q̃ loquit̃ indistincte,sed tñ magis est vt dicam9 substitutũ ad mitti potuisse ipso iure,verũ excludi postmõ pr̃e forsan implorã te ex illa cã restitutionẽ in integrũ p clausulã gñalẽ si qua mihi &c.vt p.d.l.cũ qdã innui vr̃.verũ qm̃ de absente pr̃e,& filio in p ximis.q.tractaui.videam9 an qꝫ decisuz est habeat locũ gñali ter,an vero tñ si absint cã reipub. sed dici dz de quacũqz absen tia idẽ.lz diu9 Pius in.d.l.cũ qdã.loquat̃ de absente cã reipu. nã sibis humanitatis rõ & in eo est q quacũqz cã absuerit vt.d.l. pe.aut facit p hoc.l.regula.§.si qs ius.ver.& lz.ff.de iur.& fac. ig.vbi qcqd ex facto aliquo decidit̃ pro repu.tñ non extenditur ad casus similes.facit,&.l.itẽ veniũt.§.i priuatorꝫ.ff.ꝺ peti.here.

¶ Decimooctauo addit̃,& illa.q.qd si filius sit infans an eo ca su pr̃ adire possit si queras nunquid possit adire p ipse infante non est dubium,vt in.l.fi.C.de bo.que lib.§.vbi aũt.pro se antẽ interim adire non poterit, vt in.d.l.si infanti.C.de in.delib.sed dicet aliquis hoc esse ꝯ ea q̃ supius probaui in.xiij.q.vbi dixi negligentem patrẽ nocere sibi lz certe si recte aduertas non est cõtrarium qꝫ dico mõ.nam & pr̃ isto casu sibi nocet, neqz.n.ad mittit̃ hic directo.vt sibi querat tanq̃z pater succedẽs defuncto sed tanq̃z occupans illud qꝫ quesitum fingitur ipsi infanti cuz ei patris negligentia obesse nõ potuerit. ¶ Quibus stantibus de illo nunc dubitat̃ nũquid illa.l.si infanti locũ hẽat stãte substitu to nã satis dubia vr̃.q.cuz ibi admittat̃ pr̃ de iure spãli ꝯ iuris regulas,tñ inclinandum est,vt ẽt illa.l.cuz indistincte & gñaliter loquat̃ locũ habeat ẽt stãte substituto cum ibi pr̃ non admittat̃ iure proprio,sed qm̃ illa hr̃ditas fauore infantis ipsi iã fingit̃ q̃ sita,cui paterna secordia siue negligentia non nocuit.

44 ¶ † Decimonono superest vt queramus qd si filius veluti indi gnus remoueatur ab hereditate,an patri noceat ita vt admittat̃ substitutus & quidem in ꝯrio latere agitata est hec.q.& decisa qꝫ filio pater nocere nõ possit nec quidem dñs seruo quoties ipsis emolumentũ esse querendum,vt probatur per.l.post legatũ.§.si pater.ff.de his quib.vt indig.facit.l.in fraudẽ in fi.ff.eo.ti. in ca su aũt proposito equissimuz mihi vr̃,vt in profectitia patri filius nocere non possit pari scilicet ratione quemadmodum neqz pa ter filio potest in aduentitia, at si aduentitiam proponeremus contrarium probare vt recte cogitanti satius ac potius arbi tror videbit̃. ¶ Uigesimo nã ex facto agitatum refert Bulga. noster hanc.q.qua & Pau.de cast. considerauit,restat vt deci damus quid si filius materne,verbi gratia,hereditate viua ma tre medio sacr̃o renuntiauit nunquid patri preiudicetur mortua illa.Pau.de ca.putat patrẽ nihilominus adire posse per.d.l. fi.Mouetur qr filio superstiti qui renuntiauit statiz mortua ma tre defertur illa hereditas atqz eodẽ momẽto quo defertur illa olim facta renuntiatio incipit sortiri effectum vt videatur tũc re nunciasse ex quo sequitur qꝫ statim patri quasi tunc.i.post mor tem matris recusante filio queritur libera facultas pro se & per se adeundi per.d.l.fin. Additur simile qꝫ de nouatione dicitur per quam nouatur obligatio in diem vel sub conditione, nam lz ante diez fiat nouatio tñ ea stipulatio sumit vires eo tẽpore quo venit dies.Idem ẽt si nouatur quod sub condi. debeatur per.l. sub condi.ff.de solu.& per.l.in diem.ff.de noua.Sed lz his exem plis & Bulga.nr̃ & ceteri quos ego legerim acquiescãt tñ nõ in elegãter dici põt nõ esse similẽ rõnẽ in casu proposito,põt enim hoc fieri in ꝯtractibus vt suspendant̃ actus,vt.l.fi.ff.com. predi. at renũtiatio sicut eꝯ aditio suspensionẽ non recipit, vt.l.actus.ff. de reg.iu.neqz.n.anteq̃z deferat̃ hr̃ditas quis põt renunciare. Puto igit̃ non iõ tenere repudiationẽ factã in vita medio iur̃o qr.s.ipso iure nõ possit postmodo adire,sed qm̃ religione iurisiu randi astrictus est seruare id qꝫ promisit.sed lz ita sit dicerẽ ni hilominus talẽ renuntiationẽ in vita factã nõ potuisse obesse pa tri quin ipse pr̃ possit tãq̃z si expsse & suo tpe recusasset filius adi re.ar.d.l.fi. Aliogn fraus illi legi facile fieri posset qꝫ nõ est di cendũ.rursus ꝯ ꝯsiderationẽ Pau.de ca.si verꝫ esset valere re nũtiationẽ in vita sequeret̃ qꝫ aliqua hereditas posset repudiari eo tpe quo nõ posset adiri,nã in vita adiri nõ põt, ergo nec re pudiari.vt.l.is põt.ff.de acq.he.de quo tñ forsan.&.j.dicã. Ad uertendũ tñ hic est qꝫ.q.proposita nõ põt hr̃e locũ quoties pro poneret̃ substitutus,nã tunc ẽt proponeret̃ testm̃ quo casu predi cta non vindicaret sibi locum & hoc not.Bulga.noster & bene.

45 ¶ Uigesimoprimo† nõ preteribo qꝫ pponit Ias.q̃zuis p̃tereũ dum merito esset qd si pr̃ nõ filius institutus sit,an eius repudia tione filio noceat̃,sed hanc qõnẽ gloriat̃ ipse idez Ias. ex inge nio vestigasse non tractatam ab aliquo, in quo vereor ne cuiq̃z maliuolo bonam occasionem dederit illud referendi nõ.s.di gnam fuisse. vt ab alio tractaret̃ qñ eius estimationis apud vul gus sit Ias.vt de officina propria parũ bene inuentuz ab eo cre datur,sed tantum in colligendis aliorum laboribus felicez fuisse de quo tñ non est nostrũ iudiciũ facere presertim de tanto viro, verũ qꝫ supradicta.q.indigna sit vel vt ad.q.proponat̃ facile põt ostendi,inquit.n.ille qꝫ prima fronte videtur dõm qꝺ idem cu stodiri debeat isto casu qñ est institutus pr̃ qꝫ custodit̃ qñ filius esset institutus rõne correlationis qꝫ.n.in vno ꝺ correlatiuis sta tuitur & in alio creditur statutum,vt.l.fi.C.de indi.vi.tol.subdit ẽt qꝫ quemadmodum patri recusante filio aperit̃ via acquirẽdi ẽt castrensem ita ẽt per ꝯrium si pater institutus hereditatez de latam sibi repudiet aperiatur via filio cum par sit ratio in here ditate castrensi delata filio respectu patris que est in ea que de lata est patri respectu filij,si.n.castrensis queritur patri filio re cusante in qua nihil iuris haberet pater si adiret filius neqz alia rõne ꝯtingit nisi rõne vnitatis qua pater & filius censent̃ vna p sona pari rõne ex vi eiusdem vnitatis hereditas patri delata q̃ rat̃ filio si pater recuset,sed he ꝯsiderationes vt & ipse idẽ Ias. vix tãdẽ animaduertit nullius sunt momẽti, neqz.n.reperi vnq̃z qꝫ filio p patrem q̃ri possit rõne vnitatis quemadmodũ p filium patri.falsissimum igit̃ est dicere qꝫ illa.l.fi.procedat rõne vnita tis imo ratione patrie ptãtis. Neqz ob.qꝫ dr̃ de castrensi, naz & olim illa querebatur patri ante ꝯstitutiones,imo & post consti

tutiones quo casu filius nõ vteret̃ iure suo, vt in.l.proponebat̃.
⁊.l.seruũ filij.ff.de ca.pe.cũ mille simil.⁊ ideo nõ mirũ si filio re
cusante castrensem pater admittat̃, ꝙ aũt per ꝯtrariũ patre insti
tuto repudiante aperiat̃ via filio q̃ ausit dicere aut ẽt q̃rere per
inde erit quasi dicat aut querat nũ pater sit in ptãte filij, ⁊ sic ꝑ
patrem queri filio posse ꝯ.l.cum dos.ff.de pac.dot.
46 ¶ †Uigesimoscdo, vt addantur ille.q.de monacho per doct.
ita ⁊ nos tractemus. Quero igit̃ an instituto monacho eius re-
pudiatione noceat̃ monasterio ita vt admittat̃ substitutus, in q̃
q.elegãter ait Soci.nr̃ debere illud in primis expediri an mo-
nacho instituto ius adeũdi resideat penes monachũ an vero pe
nes monasteriũ ꝙ ẽt nos videam⁹. Nã i primis ꝙ factũ mona
chi nõ req̃rat̃, adducẽdo q̃ magis vrgẽtia vñr. Facit ꝙ no. Jo.
an.⁊ Inn.in.c.in pñtia.extra de prob.⁊ ꝯcludit ꝙ hr̃ditas im
mediate defert̃ monasterio nec aliq̃d factũ monachi in aditiõe
